Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0002-2

EX DOCTRINA
DE
# REGALIBVS
*CAPITA*
*QVAEDAM CONTROVERSA*
PRAESIDE
## ERNESTO MARTINO CHLADENIO D
INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE
H. T. ACADEMIAE RECTORE
*DIE XXVI. MAII A. R. S. cIↄ Iↄ CCLVII*
PVBLICE VENTILABIT
## IOANNES GOTTLIEB HENRICI
BVDISS. LVSATVS
NOTAR. PVBL. CAESAREVS

*VITEMBERGAE*
LITERIS SCHLOMACHIANIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0003-8

# I

An ſubditi ſeu priuati regalium proprie ſint capaces, controuertitur. Nos negantem ſententiam defendemus, quanquam Nic. Christoph. L. B. de Lyncker *Reſponſ. IX. num. 23.* eam captioſam appellet, et negari non poſſit, quod experientia loquatur, regalia concedi ſolere priuilegio, uſu longinquo et inueſtitura, quod ait idem L. B. de Lyncker *loc. cit.* Conf. Caſp. Zieglervs *de Iuribus Maieſt. Lib. II. Cap. VI. §. V.*

## II

Si regalia ſimpliciter in feudum conceſſa ſint, in dubio ſaltem minora intelligi conceſſa, expeditum eſt. Sed quid, ſi inueſtiens dixerit, omnia regalia ſe concedere Vaſallo? Neque tunc omnia transeunt.

## III

Fundus ſi a principe concedatur ſubdito, non conceſſa ſimul uidentur illa fundi emolumenta, quae ad regalia pertinent. Hinc nec Vaſallus illa ſibi uindicare poteſt, licet alias pleniſſima utilis dominii emolumenta ad ipſum pertineant. Vid. PETRVS HEIGIVS *Quaeſt. Iur. Ciuil. et Saxon. Part. I. Quaeſt. XIII. num. 30.*

## IV

Quaeri ſubinde ſolet, utrum regalia priuatiue, an cumulatiue, conceſſa cenſeantur. Vacillat in hoc argumento BENED. CARPZOVIVS. Nimirum in *Iuriſprud. For. Rom. Sax. Part. I. Conſt. XXVII. Def. XI.* tradit, conceſſionem regalium abdicatiue et priuatiue, non cumulatiue, factam cenſeri. Sed in *Comment. de Lege Regia Germ. Cap. XIII. Sect. II. num. 22.* docet, per conceſſionem regalium nullam induci priuationem ſuperioris, ſed cenſeri regalia cumulatiue conceſſa. Proprie uero neutrum dici poteſt.

## V

Regalia poſſidens principi titulum poſſeſſionis edere tenetur. Vid. HENR. A ROSENTHAL *Tract. Feud. Cap. VIII. Concluſ. XXXIII. num. 9.*

## VI

Conceſſio regalium ſtrictiſſimae eſt interpretationis, ſiue illa ex cauſa oneroſa fiat, ſiue ex liberalitate concedentis. Obſtare uidetur *L. 3. D. de Conſtitut. Princ.* ſed uid. Io. Brvnnemannvs *Comment. ad Pand. ad hanc legem num. 6.*

## VII

Vſu introduci poteſt, ut ius, quod antea non fuit regale, tale fiat, et uice uerſa. Conf. Andr. Homborgivs *Reſponſ. Iur. CXXXIV. num. 10. ſequ.* et Casp. Zieglervs *de Iur. Maieſt. Lib. II. Cap. XV. §. 21.*

## VIII

Conceſſo fundo cum omni iurisdictione, non tamen omnis iurisdictio conceſſa uidetur. Conf. Casp. Henr. Hornivs *Iuriſprud. Feud. Cap. VII. §. 12.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0008-6

# IX

Poſſeſſio regalis, per immemoriale tempus continuata, pleniſſimum ius poſſidenti tribuit. Diſſentire uidetur GEORG. BEYERVS *Iur. Germ. Lib. II. Cap. II. Poſ. XXXIX. ſequ.* ubi negat, praeſcriptioni immemoriali contra principem locum eſſe. Sed eius ſententiam refellit IO. BALTH. L. B. DE WERNHER *Select. Obſeru. Forenſ. Part. IV. Obſ. V. num. 96. ſequ.* et in *Diſſ. de Praeſcriptione immemoriali §. 21. ſequ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0009-5

Wittenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle 3
003 608 042

Sle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0012-8

EX DOCTRINA
DE
# REGALIBVS
*CAPITA*
*QVAEDAM CONTROVERSA*

PRAESIDE

## ERNESTO MARTINO CHLADENIO D

INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE
H. T. ACADEMIAE RECTORE

*DIE XXVI. MAII A. R. S. CIↃ IↃ CCLVII*

PVBLICE VENTILABIT

## IOANNES GOTTLIEB HENRICI

BVDISS. LVSATVS
NOTAR. PVBL. CAESAREVS

*VITEMBERGAE*
LITERIS SCHLOMACHIANIS

11
1757 5
13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205531-p0013-3